dictis omnibusque ad quaestionem munimenta evictorem seu evictores vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori in terregno aliisque dictis omnibus de iure Commun et Consuetudine admitti solitis legalibusque quibusuis impedimentis differendo prolongando atque se excipiendo simore Cum successoribus suis omnibus Statutorum et Constitutionum publicarum regni atque iuris beneficiis renunciando sub amissione sui et suorum successorum totius Causae vigore luitionis praedicti vadii quo soluto utique inscriptionis praesentis et eius contentis satisfacere tenebitur et successores eius erunt adstricti nulla protestatione in praemissis omnibus obstante.

Actum in castro Premisliensi feria secunda ante festum

11/VII. Sancte Margarethe Virginis proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto Luthoslawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobrogostio Zapolski Nottario castren Premislien officio et actis praesentibus.

Grochowski ressormat consorti sue

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren Premisliensibus Nobilis Georgius Grochowski A pellationibus terrestribus dictis Iuribus inscribendum Aliisque suis quibuslibet propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic officio iuribusque Castren Premisliensibus se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet plenarie incorporando et subiciendo sanus mente et Corpore sanus publice palam ac per expressum recognouit Quia post honestam Reginam filiam famati olim Andreani Helczner Civis Prem

inclitam Consortem suam legittimam Summam Trium Millium florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis ratione dotis recepit ac manualiter leuauit receptamque et leuatam ad se tullit Tetrus vero amore coniugali debito erga eandem coniugem suam, aliam similem summam nempe Trium Millium florenorum pecuniae monetae et numeri polon Ratione veri et iusti dotalitii sutti super medietate omnium quali bonorum suorum interiorum et exteriorum mobilium et immobilium nunc habitis et in posterum habendis ac summarum pecuniarum quarumuis tam in deposito existentium quam ciuibus hominum ad fidele depositum Concreditis ac etiam ipsi per quoscunque personas sexus status ac conditionis Cuiusuis existentium modo quocunque ac libet quibuslibet inscriptis et in bonis quibuslibet assecuratis Necnon in medietate auri argenti Margarithanum Clenodiorum lapidum preciosorum vestium vestimentorum equorum equarum pecorum pecudum tolliusque suppellectilis domesticae ac etiam in medietate omnium bonorum modo quocunque vocatorum et nuncupatorum nullis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis, indicat dem constituit dat donat ressormat inscribit dotat et assecurat summamque dotis et dotalitii insimul iungit Ita quod ipsa Regina Consors sua in summa dotis et dotalitii simul iuncta vigore sex Millia florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis praedictam medietatem bonorum suprascriptorum ac summarum pecuniarum Cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis fructibus Censibus prouentibus laboribus redditibus ac quibuslibet utilitatibus nullis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis tenebit habebit possidebit eisdemque utifruct

in modum et formam aliarum reformationum hactenus in regno Poloniae videlicet observat. Praeterea praefatus Georgius Hrochowski seque cum successoribus suis et super bonis suis quibuslibet omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus habitis et habendis eidem Reginae Consorti suae et eius posteris obligat et inscribit. Eandem inscriptionem Reformationem ex actis Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare sub vadio sex millium florenorum pecuniae monetae et numi Poloniae. Pro quo quidem vadio modo praemisso succumbendo quas praenominatus recognoscens cum successoribus suis eidem Reginae consorti suae vel eius posteris citatus reponere tenebitur recedendo ab omni suo proprio et competenti foro coram praefato Castrensi Premisliensi officio Curiae Castrensis praefatis respondere cum successoribus ac bonis suis omnibus ultro subicit et incorporat. Semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in iure parere ac loco responsionis pro eodem vadio modo praemisso succumbendo ab officio non recedendo ipsa satisfacere praefatisque satisfactionibus praemissis Contenta inscriptionis complere et exequi his quibus opportunum fuit tenebitur et eius posteris tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes Causae et Causarum terminos nullis ... universum dilationibus ad gravamina munimenta ad evictiones seu evictores vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori a aliis omnibus exquisitisque causa tum de iure commun scripto quam consuetudine concedi et admitti solitis differendo solutionem vadii et satisfactionem inscriptionis praefatis nullis remediis iuris condemnatione in dilatione evasione neque tempore poenae trium sexaginta marcarum eandem ... se cum successoribus suis omnibus iuris remediis motionibus appellationibus

...arumque peradationibus prosequutionibus protestationibus praescriptionibus suspensionibus abrenunciando suo et suorum successorum sub amissione totius Causae vigore solutionis vadii praenominati quo soluto nihilominus inscriptioni praefati his quibus opus fuit satisfacere tibi et eius posteri tenebuntur. Nulla tamen praescriptione in praemissis obstante. Quod memoriali firmat est.

Borathinska consentit super

Inscriptionem Rudniczkiey

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Generosa Eva de Lyatkoszyn filia olim Generosi Jozephi Lyatkoszynski Coniunx legittima Generosi Nicolai Boratynski in Szczerbohoszcze haeredis Appellationibus terris dictis iuribusque suis quibusvis propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic vero iuris dictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo Sana mente et Corpore existens non compulsa nec coacta, imo salubri consilio Generosorum Adami et Jozephi Lyatkoszynskich fratrum suorum germanorum penes ipsam coram officio praesenti personaliter stando et ad omnia infrascripta ipsi libere per publicas recognitiones Consentientium praeterea publice palam ac per expressum recognovit Quia super Inscriptionem Coram Iudicio et actis terrestribus Premisliensibus Nobili Dorotheae de Chlopicze relictae olim nobilis Nicolai Rudniczky consorti per eundem maritum suum factam et recognitam Quamediante praedictus Generosus Nicolaus Boratinsky maritus illius eidem Nobili Dorotheae de Chlopicze Bona sua videlicet Curiam antiquam